



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

lenticv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

Cajetan, Thomas

Colonie, 1526

VD16 V 1243

lenticuli sexti questio quarta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34421

Lentaculi sexti questio quarta.

Petri reprehensibile erat, tanquam habens speciem mali: hoc est vindicte. Et Petrus erat tanquam accipiens gladium: hoc est quasi propria potestate utens gladii ad quasi vindictam.

Utor autem istis quasi et tanquam: quoniam de ipso opere loquor, et non de intentione Petri, quam nesciens quid faceret ad defensionem magistri tenebat. Unde dominus ex duobus capitibus petrum arguit. Primo ex parte facti habentis speciem mali. Secundo ex parte impedimenti quod prestat. Petrus divine ordinationi, nesciens quid faceret.

Circa Quartum de adolescente sequente christum, incertum est quis fuerit, certum tamen videtur quod nullus apostolus fuit. Et quidem quod non fuerit Joannes euangelista, constat ex etate nam tunc temporis Joannes non erat adolescens: quoniam transierat trigessimum etatis sue annum: ut patet computando annos quibus postea vixit usque ad nonagesimum etatis sue annum. Obiit siquidem anno a passione domini sexagesimo septimo vel octavo imperante traiano: quibus annis si addatur quod superest usque ad nonagesimum nonum sue etatis annum, manifeste apparet quod iam erat xxx. annorum ad minus tempore passionis Christi: ac per hoc non erat adolescens. Et quum dicatur iunior Joannes reliquis apostolis, consequens est quod nullus alius apostolorum fuerit ille adolescens.

Siquis etiam verba Marci euangeliste diligenter perspiciat, idem inueniet, nam quum dixisset quod discipuli omnes fugerunt, tanquam e regione commemorans adolescentem, subdit, adolescens autem quidam sequebatur eum. Hinc enim insinuat omnibus apostolis fugientibus adolescentem secuta

Ientaculi sexti questio quinta. Ixxiij.

tum esse Christum ac per hoc non esse illum de numero apostolorum.

Quod etiam tertio hoc idem ex modo quo optus erat, scilicet in ydone super nudo corpore.

Non videtur siquidem verisimile quod apostolus aliquis sic cooperatus cenasse cum Christo: quoniam huiusmodi operimentum, scilicet quasi circumuolui uino linteamine, non sit ordinarius modus vestiendi sed accidentaliter his qui surgunt ex lecto. Et tunc estimari potest quod adolescens ille in lecto erat ibi in orto, et surrexerat vel forte ad rumorem vel ad aperiendum ianuam orti, vel etiam amans Christum utpote frequenter conuersatus in illo orto sequebatur eum.

Circa Quintum de pasce, serupulus nonnullus occurrit: ex eo quod dies ille qui passus est Christus erat primus dies pasche: utpote in cuius principio vespertino immolatus erat paschalis agnus, primus autem dies pasce erat sanctus, et nullum opus seruile in eo erat licitum: ut patet **Leui. xxiij.** Quo ergo erat dies preparationis ac per hoc opus seruilis, ut euangeliste dicunt.

Et confirmatur ex eo quod Lucas euangelista dicit quod mulieres que cum Iesu uenerant de Galilea, uiderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus, et reuertentes parauerunt aromata et unguenta: et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Ubi apparet quod ipsa die pasce mulieres parauerunt aromata et unguenta.

Ad hoc dicitur quod festiuitas diei septimi, que sanctificabatur in memoriam quod deus regeuit die septimo ob omni opere quod pararat, excedebat ceteras festiuitates, ita quod non solum arctius sanctificanda

K ij.